Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31625
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

uultu decorus. dicens ei. Ne tremueris. sed facto super
frontem tuam signum uenerande crucis. statim sanaberis.
In hac uisione expergefactus. muniuit hoc signaculo
quo fuerat iussus. numquam ulterius que pertulerat passus
est ab hoc typo. Regine puella fatigata. ac potum
huius sancti medicaminis sumens sanata est.

Nec post multos dies cum sollempnitatem sancti dies an
nuus retulisset. nos a rege regressi festiuitati
interfuimus. in qua .IIII. ceci lumine recepto regressi sunt. duo
energumini mundati. duo paralytici curati. contracti.
restitutis gressibus incolomes redierunt.

Post paucos uero dies cum culpabiles quosdam urbis
turonice iudicis sententia carcerali ergastulo
conclusisset. lamentantibus uinctis uirtus beati confesso
ris apparuit. que diruptis uinclis compeditorum. li
beros in basilicam abire permisit. sicque et a iudice hy
relaxati ad propria recesserunt.

Quidam in regione cantabrica mauran nomine
mane a lectulo consurgens. dum de domo egrederetur.
uisum est ei quasi ab aliquo percussus fuit in ceruice. Qui
pronus ruens in terram. factus est tamquam mortuus.
ac per triduum solo spiritu uiuens tamquam mortuus puta
batur. Quarta uero die apertis oculis nichil poterat loqui.
ablata enim ei fuerat fandi facultas. Auditis autem beati
MARTINI miraculis unum tantum nautis porrigit.
innuens cum supplicatione ut eum ad beati antisti
tis templum deferrent. Quibus abeuntibus ille ad do
mum suam reuersus. uidit ante pedes suos aureum in
similitudine tantis. Quo assumpto pensatoque unius
solidi appensus est pondere. Quod ille tenens dixit intra se.
Reddidit michi uirtus beati MARTINI meritum pro fenore.
quod ei templo duxeri. sic accensus desiderio uoluit
in aliquam nauium conscendere. sed a parentibus est retentus.
Dehinc repta alia naue. retineri penitus non potuit.
Unde cum impellente uento altum mare fuisset in
gressus. cum aliis. os eius uirtus sancti antistitis reserauit.
Qui extensis ad celum manibus locutus est dicens. Gratias
tibi ago omnipotens deus qui me hoc iter sulcare iussisti. Iam enim
pro quo templum sancti tui uideam eius beneficiis sum refertus.
Quibus nauigantibus burdigala urbi appulsi sunt. egressusque
hinc denauiad basilicam sancti accedens uotum suum
exsoluit. Que se per semet ipsum a beati presulis ore relata cognouimus.

Alia uero festiuitate adueniente que hyeme celebratur.
maurellus quidam ex domo ponticonensi ser
uus agmi ducis. qui in se martio per incursionem nes
cio qualiter unius poplitis perdiderat usum. et gressum
figere non ualens. adhibito sibi ad genuculum fuste ut mos
claudorum est. cum per triduum orationem fudisset ad dominum.

.IIII. die quo est in crastinum de festiuitate genu directo sanus
abscessit. Post paucos autem dies homines qui carceris uin
culis tenebantur diuinitus absoluti sancti basilicam sunt in
gressi. et per iudicem immunes a dampno laxati sunt.

Puer quidam manibus pedibusque contractus de uilla the
mello in pago turonice urbis ambiacensis adue
niens ad basilicam sancti. dum inter reliquos petentes pos
tularet uictus stipem. uisitatus a sancti uirtute directus abscessit.

Alius quoque puerulus eutherium presbiteri nostri.
cum inualitudine febris nimie incidisset. ac ex
animari ab eadem putaretur. de puluere sancti sepulchri
presbiter leuans ac fimbrias palle supposite dirumpens.
secum detulit. puero que puluerem hauriendum dedit. et
fimbrias uero collo illius alligauit. mox febre restincta sa
natus est. Non dispari modo et ulfaricus presbiter alii puero fe
bricitanti studium adhibens. et ille protinus febre carens
conualuit.

Principii quidam uir bonus
petrocorice urbis ciuis amitiam nescio quam incur
risse putabatur. et tam grauiter agebat interdum ut de sen
su uideretur excedere. Qui dum cum multis mensibus perferret. beati
antistitis basilicam expetiuit. ibique ut arbitror .IIII.
residens menses abstinens se a cibo carnium ac uino. ad
iutus confessoris presidio incolomis domui sue restitutus est.

Et quia rusticitas hominum dum paruipendit predicationem
sacerdotalem sequitur ipsa se diuinis preparat ad offensam.
quod nuper gestum fuit edicam. Leodulfus quidam bituri
rige urbis homo cum fenum secuisset. metuens ne ad
uentu pluuie uenientis infunderetur. et laborem suum
perderet. die dominico mane iunctis bubus ad pratum duxerit.
ac super plaustrum fenum adglomerare cepit. statimque pes
eius unus quasi ardens ei uisus est. regressusque ad hospitium
suum quieuit ab opere. Post missarum uero sollempnia celebra
ta. iterum iunctis bubus opus ceptum pergit explere. com
pletumque plaustrum feno. statim oculi eius quasi aquibusdam
aculeis puncti. dolorem maximum intulerunt. Quibus
conclusis deinceps aperire non potuit. sicque pannum inte
grum in cecitate permanens. ad festiuitatem sancti antis
titis deuotus aduenit. cui post diem tertiam beneficio
lucis quam perdiderat restauratus est. Eo tempore et alius
contractus adueniens. uirtute sancti directus. propriis gressibus
ad urbem suam regressus est.

Adueniat quidam ex brittannia nomine patrinianus
qui cecus. mutus. ac surdus. manibus contractus per quedam
contagium fuerat. et confractis omnibus membris a morbo. soli
tantum pedes prebebant homini sustentaculum. Patroni
prepotentis hic expetiit basilicam. orationem fundit.
apertis oculis lucem perditam cernit. manus ad usum pristinum
recepit. et se saluatum beati antistitis uirtute demon